

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5689

**Auteur(s) :** Robert II de Beaumont, Leicester (comte)

**Bénéficiaire(s) :** La Vieille-Lyre, Notre-Dame de Lyre (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1120-1168]

**Lieu d'émission :** Leicester

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Robert, comte de Leicester, confirme les biens que les moines de Lyre possèdent en Normandie.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 399-400.

## Dissertation critique

Robert II de Beaumont, comte de Leicester, 1118-1168 ; il épouse Amicie, qui atteste cet acte, après 1120.

Texte établi d'après a

Robertus, comes Lecestrie, Ernaldo de Bosco et omnibus baronibus, baillivis et ministris suis in Normannia, salutem. Sciatis quod ego, pro amore Dei, concedo et confirmo monachis meis de Lira omnes elemosinas quas habent in terra mea in Normannia. Et volo et firmiter precipio quod illas teneant et possideant bene et in pace, libere et quiete, et nominatim decimas septimanas in prepositura Britholii, Nove Lira, Gloti, Pascei, ita quod habeant servientes suos et custodes ad custodiendas illas, et habeant in suis quicquid habeo in meis septimanis, in consuetudinibus, in placitis et forisfactis, in molendinis et in omnibus rebus, ita quidem quod in molendinis nihil ponant de suo si confringantur in suis septimanis, sed de meo reparentur. Preterea concedo eis quartum denarium de Nova Lira et decimam census predictarum quatuor villarum. Concedo quoque eis decimam plenarie de omnibus exitibus foreste de Brithol, et quod habeant de foresta ad ignem eorum quantum necesse fuerit [sine] liberatione, et ad domos, grangias eorum faciendas quantum necesse fuerit, sed hoc per visum et liberationem baillivi mei de foresta ; et quod habeant pasturam animalibus suis et porcis dominicis in foresta et porcos quietos de pasnagio. Concedo et eis confirmo omnia heremitagia in foresta de Brithol, ita quod nullus rector sit in eis nisi per ipsos monachos, et quod disponant de eis ad voluntatem ipsorum. Concedo quoque eis et confirmo decimam et redicimam de omnibus terris meis et omnibus censibus et redditibus meis in valle Andele, et decimam et redicimam de omnibus exitibus foreste de Longo Boelio, et quod servientes eorum in domibus eorum ibi residentes habeant de ipsa foresta ad ignem eorum, et ad domos et grangias suas ibidem faciendas, quantum necesse fuerit, et quod habeant pasturam in ipsa foresta animalibus et porcis suis dominicis, et porcos suos quietos de pasnagio. Concedo et eis heremitagium Sancti Augustini cum pertinentiis suis. Concedo quoque eis et confirmo decimam de omnibus exitibus bosci parvi apud Pasceum, et decimam de omnibus exitibus foreste de Mere, et quod monachi vel serviens

eorum apud Pasceium residens habeat in ipsa foresta consuetudinem et usagium suum. Concedo quoque eis quod habeant septem de servientibus suis liberos, et in bosco et in plano, et quinque burgenses de Veteri Lira quoscunque voluerint liberos per totam terram meam. Concedo quoque eis et confirmo quod habeant tales libertates in terris et hominibus suis quales ego habeo in meis. Prohibeo igitur ne quis de heredibus meis vel baillivis meis super predictas elemosinas et libertates injuriam aut molestiam eis faciat. Teste Amicia comitissa, apud Leircestriam.